



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CXLIII. An cognitione creaturarum verbum procedat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

ipsa cognitione, quatenus est circa Spiritum sanctum, sed materialiter, hoc est, illa cognitione, quæ postea intelligitur esse circa Spiritum sanctum. Nā asserere, tunc Spiritum sanctum intelligi sub esse futuro, aut possibili, præterquam quod falsum esse, iam ostendimus, cum nulla huiusmodi cognitio futura personæ, aut possibilis in Deo à nobis debeat excogitari; esset etiam manifesta contradictio. Sic enim Spiritus sanctus sub esse possibile esset per se obiectum, aut principium secundum esse intelligibile movens ad producendum verbum: namque Spiritus sanctus representaretur in actu primo in eis etia divina, ut in specie ad productionem verbi requisita: nihil autem aliud dicitur obiectum motuum, quam illud, quod in specie intelligibili, tanquam in actu primo existit, ut per eam producat intellectus cognitionē & verbum.

89.

Ex quorum amore procedat per se Spiritus sanctus.

De creaturis autem (quæ videntur essentiam divinam comitari) peculiaris est difficultas, quam disputatione sequenti tractabimus. Id quod diximus de processione verbi, proportionem quadam dicendum est de processione Spiritus sancti; hoc est, Spiritum sanctum formaliter procedere amore essentia, & personarum, ut obiecti per se: nisi quod verbum non procedit cognitione Spiritus sancti per se, sed cognitione aliarum personarum: at Spiritus sanctus procedit etiam amore sui, sicut verbum sui cognitione: idque eodem modo, confirmandum est: & in hoc sententia Scoti nobis non probatur.

DISPUTATIO CXLIII.

An cognitione creaturarum verbum procedat.

Due Theologorum opiniones, cap. 1.
Sententia Scoti exponitur, cap. 2.
Sententia Scoti, ut verior autoritate probatur, cap. 3.
Ratione à priori confirmatur prædicta sententia, cap. 4.
Idem ostenditur ratione à posteriori, cap. 5.
Respondetur argumentis prioris sententia, cap. 6.

CAPUT I.

Due Theologorum opiniones.

1. Cognitione creaturarum existens verbum procedat quidam putant.

Creaturas existentes per se non spectare ad cognitionem productionis verbi certissimi est.

Sunt aliqui Theologi nostri temporis, qui non satis intelligentes controuersiam inter Scholasticos de processione verbi ex creaturis cognitio cognitione notionali Patris affinant, non solum procedere verbum cognitione creaturarum possibile, sed etiam existentium: id quod citra controuersiam esse putant. Et sanè intelligent, eadem cognitione simul Patrem in verbo suo intelligere se, & alias personas, atque creaturas, etiam futuras, non est dubium, hæc omnia cognitione notionali Patris comprehendit: controuersia inter Scotum, aliosque Theologos in eo certè sita non est, an omnia illa cognitio Patris notionalis cōplectatur: sed, an creaturæ pertineat in quarto modo per se, ut principium, secundum esse intelligibile, ad productionem verbi. Aliqua enim, ut infra videbimus, sunt in eadem cognitione notionali, quæ sunt comitanter, aut consequenter in illa, nec per se comparantur cum productione personæ: in quo sensu nullus erit tam habes ingenio, qui non videat, creaturas fu-

turas hoc modo ad generationem Filij spectare non posse. Nam cum sint cōtingenter futuræ, ut possint non esse possibile ex parte cause, & ita ab aeterno futuræ cognoscantur, ut potuerint non cognosci; verbum autem ita necessitate procedat, ut nullo modo possibile fuerit, non procedere; nequeunt ad illius productionem per se pertinere. Tum, quia principium intelligibile æquali necessitate debet esse, cum eo, quod ab eo procedit: tum etiam, quia, cum possibile fuerit, non cognosci à Deo illam futuram creaturam, si nulla esset: Deo est omnino accidens, creaturæ futuræ cognoscere: non quia illud addat aliquid intrinsecum Deo, sed quia est ordo quidam rationalis, qui ei omnino accidit. Nec solum verum est, verbum non procedere per se cognitione rerum futurarum absolute: sed neque cognitione veritatum contingentium sub conditione, quas Deus semper cognouit: id quod eadem quoque ratione probatur. Nam hæc obiecta, & veritates ita sunt æternæ, ut ex se non implicet contradictionem, oppositam partem esse veram: atqui, ut diximus, principium secundum esse intelligibile alicuius personæ non minus debet esse necessarium, quam ipsa persona: quæ procedit, alias posset intelligi persona procedens in eadem natura, & proprietate sine tali principio: unde fieret, ut illud non esset principium per se, ablato enim principio per se, aufertur etiā id, quod est à principio. Patet nullus igitur creaturis futuris absolute, vel sub conditione, de possibili maior est controuersia.

Est autem opinio quorundam, non minus per se pertinere ad productionem verbi creaturas cognitæ ut possibiles, quam essentiam Dei, & quæ in ipso sunt. Hanc docuerunt Gabr. in 1. diff. 7. q. 3. artic. 2. dub. 1. conclusio 2. Caietanus in hunc artic. & Canariensis in artic. 5. q. 27. disput. unica. 2. par. & non pauci ex recentioribus: nec enim inter antiquos Scholasticos res hæc disputata fuit. Citari solet Ferraricus, 4. contra gent. cap. 1. sed in alia prioris ipse fuit sententia, nam placet sentis productionem verbi non esse cognitionem creaturarum, adducas ea ratione, quia putat, priorem esse productionem verbi secundum rationem productionis, & dictio- nis, quam secundum rationem cognitionis, in eo ad hoc produci verbum, ut in eo Patet omnia intelligat notionali cognitione, quæ in seipso essentiali intellectu cognitione, de qua laus à nobis dictum est præcedenti disput. cap. 2.

Probatur vero hæc opinio in primis auctoritate sancti Thomæ in hoc art. 2. cum ait, verbum esse expressum creaturarum, quia est representatiuum eius, quod mente intelligitur, Deus autem non solum se, sed etiam omnes creaturas intelligit. Deinde ex articulo 1. huius questionis ad tertium, ubi sic loquitur, Pater enim intelligendo se, & Filium, & Spiritum sanctum, & omnia alia quæ sunt scientia continentur, concipit verbum: ut sic nota Trinitas verbo dicatur, & etiam omnis creatura. Quibus verbis plane indicat, non solum comitanter creaturas in verbo diuino à Patre dici, & intelligi, verum etiam ipsas per se ad illius cognitionem concurrere, siquidem Pater eas intelligendo, verbum suum dicat, & profert. Accedit Augustinus, qui 15. de Trinitate, cap. 14. multo clarius id videtur tradidisse. Nouit (inquirit) itaque omnia Deus Pater in seipso, nouit in Filio, sed in seipso, tanquam seipsum: in Filio tanquam in Filio, sed in seipso, tanquam seipsum, quæ sunt in seipso, verbum sum suum, quod est de his omnibus, quæ sunt in seipso.

Cam ait verbum esse de ijs omnibus, quæ sunt in Patre intelligit in scientia Patris, de qua antea loquutus fuerat: illa vero particula de, significat processionem, nam toto illo capite sapius ea vtitur in ea significatione.

Sed ratione quoque confirmatur primo, quia verbum diuinum procedit ex perfecta, & comprehensiva cognitione essentia, at essentia nequit comprehendi nisi perfecte intellecta omnipotentia, hæc autem non potest sine creaturis possibilibus, ad quas refertur cognosci, ergo verbum formaliter, & per se procedit per cognitionem Patris quatenus ad creaturas posibles terminatur. Secundo creaturas posibles nihil aliud esse videtur ab æterno, quam ipsa essentia Dei, verbum autem procedit per cognitionem essentia formaliter, & illa per se comparatur vt obiecti cum verbi productione, ergo & creaturas posibles. Tertio essentia diuinam cognoscere, aut representare creaturas in seipsa, est aliqua eius perfectio, omnis autem perfectio essentia diuinæ per se pertinet vt obiectum ad productionem verbi, ergo & representatio creaturarum, atqui hæc non potest cognosci nisi simul cognoscantur creaturæ, ergo ita procedit verbum cognitione essentia formaliter, sicut etiam cognitione creaturarum.

CAPVT II.

Sententia Scoti exponitur.

Scotus vero in secundum distinct. 1. quæst. 1. §. Quantum ad primum, & §. Quantum ad hoc igitur, & quodlib. 1. §. Sic intelligendum est, affirmat, verbum non procedere per cognitionem creaturarum formaliter, nec ad illius productionem villo modo creaturas se habere vt principium intelligibile, sed ex sola cognitione essentia produci. Mitto, quid sentiat de personis, an pertineant ad cognitionem, ex qua procedit verbum, id enim reulimus disputatione precedenti, cap. 1. ergo cum ille dicat in primum distinct. 2. quæst. 7. §. Obicitur contra, circa finem verbum non procedere, per actum intelligendi, sed per actum dicendi, quem putat esse diuersum ab actu intelligendi; & dicat actum dicendi oriri ex actu intelligendi, asserit, ad dicendum, & profertendum, solum per se requiri actum intelligendi, qui circa ciuam essentiam, nullo vero modo circa creaturas, versatur: quod vt explicet, notat quedam.

Primum est, in diuinis actibus posse considerari duplicem ordinem, alterum natura: alterum originis: sicut est ordo tēpore, & ratione: & quemadmodum in eodem instanti temporis, assignari possunt plura secundum rationem, sic etiam in vno instanti ordinis secundum naturam, assignari possunt plura instantia secundum originem: ordinem vero secundum naturam considerat Scotus in intellectu, & voluntate Dei respectu obiecti primarij, & secundarij: primarium appellat essentiam diuinam: secundarium autem creaturas. Dicit itaq; intelligi à Deo essentiam diuinam prius natura, quam Deus intelligat creaturas: quia eas ratione essentia cognoscit. In priori ergo instanti secundum naturam, inquit ille posse considerari totum ordinem originis inter personas: hoc est, considerando intellectum, & voluntatem Dei circa suam essentiam, potest intelligi verbi, & Spiritus

Itaque in 1. partem Toti. II.

tus sancti processio ordine debito originis, sic autem in vno instanti naturæ considerat Scotus ordinem totum originis, quia intelligit Deum intra se operantem, eo ipso, quod cōcipit esse beatum, cumque Deus beatus sit operatione sua circa suam solam essentiam consideratam, merito in eo totum ordinem originis nostro modo intelligendi constituit.

Secundo notat, alium ordinem integrum originis considerari posse in secundo instanti secundum naturam, hoc est, circa secundarium obiectum, nempe circa creaturas, nam in cognitione earum personæ diuinæ sese habent, vt Pater eas intelligat à seipso Filius à Patre earum cognitionem accipiat, Spiritus sanctus ab vtroque, & ita alia tria originis instantia assignantur. Sed hic ordo originis (inquit Scotus) non est simpliciter, secundum quem vna persona ab alia procedit, sed secundum quid, & quasi consequens primum, prius enim dicitur vna persona ab alia procedere, & accipere operationem circa primarium obiectum, quam circa secundarium.

Tertio notat, creaturas non esse in memoria Patris veluti in actu primo, nec ab ipsa, essentia, tanquam ab specie, effici intelligibiles, sed actu intellectiois, quo secundarie intelliguntur, reddi intelligibiles, non quod credat, esse creaturarum in intellectu diuino, tantum esse fictum, quale est esse entis rationis: sed quia memoria Patris non est in actu primo per essentiam suam tanquam per speciem creaturarum; sed illa solum est species eorum, quæ sunt in Deo formaliter, & intrinsicè.

CAPVT III.

Sententia Scoti, vt verior, autoritate probatur.

Sententiam Scoti ego multo veriores existimo, quam in hoc capite autoritate, & in sequentibus ratione confirmare contendam. Est in primis pro ea Anselmus in Monologio, nam cum cap. 29. dixisset verbum diuinum non esse similitudinem creaturarum, cap. deinde 30. sic incipit. Sed cum ita sit quomodo illud, quod simpliciter est veritas, potest esse verbum eorum, quorum non est similitudo: cum omne verbum, quo aliqua res sic mente dicitur similitudo sit rei eiusdem? Et si non est verbum eorum quæ facta sunt, quomodo constabit, quia sit verbum? nempe omne verbum alienius rei verbum est. Denique. Si nunquam creatura esset, nullum eius esset verbum, quid igitur? an concludendum est, quia si nullo modo esset creatura, nequaquam esset verbum illud quod est summa, & nullius indigens essentia? aut fortasse illa summa essentia, quæ verbum est, essentia quidem esset æterna, sed verbum non esset, si nihil vnquam per illam fieret? Quibus verbis proponit rationem dubitandi; quomodo videlicet, si verbum non est similitudo creaturarum verbum illarum esse possit? quod si illarum non est verbum, non videtur, quomodo verbum esse possit. Respondens autem, paucis interiectis hoc modo. Sed nunquid seipsam non intelligeret (scilicet summa illa sapientia) aut quomodo vel cogitari potest, quod summa sapientia se aliquando non intelligat, cum aliquando mens rationalis possit non solum suimet, sed illius summa sapientia reminisci. Et paulo post. Ergo summus ille Spiritus, sicut & æternus, ita æternæ sui memor est, & intelligit se ad similitudinem mentis rationalis; imo non ad illius similitudinem, sed

ille principaliter & mens rationalis ad eius similitudinem, at si æternæ se intelligit, æternæ se dicit; si æternæ se dicit, æternæ est verbum eius apud ipsum. Siue ergo ille cogitur nulla alia existere essentia, siue alijs existentibus, necesse est verbum coeternum illi esse cū illo. Ex quibus habemus, verbum diuinū, eodem modo futurum verbū, etiam si nulla esset essentia, & ita nulla alia essentia indigere ad sui productionem: si autem procederet per cognitionem creaturarū, absq; dubio illis, & earum cognitione ad sui productionem indigeret.

Anselmi testimonium expenditur.

10.

Quod si respondeas, loqui Anselmum de creaturis futuris, præsentibus, aut præteritis, non de possibilibus, lege ipsū, c. 33. & 34. nam postquā c. 31. & 32. proposuerat difficultatem, vtrum scilicet Deus eodem, an diuerso verbo dicat se, & creaturas, siquidem ex præcedentibus videbatur cōcludi, æternum verbum non esse verbum creaturarum, respondet c. 33. Deum eodem verbo dicere se, & creaturas, sed hoc modo: Idcirco cum ipse summus spiritus dicit seipsum, dicit omnia, quæ facta sunt, nam anteaquam fierent, & cum iam facta sunt, & cum corrumpuntur, seu aliquo modo variantur, semper in ipso sunt, non quod sunt in seipsis, sed quod est idem ipse, etenim in seipsis, sunt essentia mutabilis, secundum mutabilem rationem creata in ipso vero sunt ipsa prima essentia, & prima existendi veritas: hoc itaq; modo non irrationaliter asseri potest, quia cum seipsum dicit summus ille spiritus, dicit etiam quidquid factum est, vno eodemq; verbo. Idipsum prosequitur c. 34. ostendens omnia creata, in Deo, & verbo illius esse vitā Dei. Vbi obserua primum, si putasset Anselmus verbum procedere formaliter per cognitionem creaturarum possibilem, secundum proprias earum rationes, concederet, verbum diuinum esse verbum earum, & similitudinem, & ita esse verbum eorum, quæ facta sunt, saltem secundum esse possibile ipsorum: at vero cum asserat, verbo diuino solum dici, exprimi essentiam Dei, & essentias rerum, quæ factæ sunt, non secundum proprias ipsarum rationes, etiam possibiles, sed secundum quod in ipso Deo sunt ipse Deus, & a illius; absque dubio sentit, hac sola ratione esse verbum creaturarum, etiam possibilem, quatenus in Deo sunt vitæ Dei: quia hac sola ratione est earū similitudo. Excluditur igitur à productione verbi, tanquam obiectū per se requisitum essentiam etiam possibilem, secundum propriam rationem: & solum essentiam diuinam, & quæ sunt in ipsa formaliter, admittit. Cumque ea ratione neget verbum diuinum esse verbum creaturarum futurarum; secundum proprias rationes, quia non est illarum similitudo: eodem modo dicere debet de creaturis possibilibus: vtrumque enim eadem est ratio: vt scilicet ea solum ratione verbum sit creaturarum similitudo, quatenus illæ sunt idem cum essentia, & vitā ipsius Dei, Nos autem non negamus, verbum procedere per intellectum creaturarum, prout in Deo sunt ipse Deus, nec de hoc vlla est controuersia, sed dicimus, non procedere per cognitionem earum secundum proprias rationes, quas in seipsis habent, etiam secundum esse possibile.

12.

Hoc Anselmi testimonium eo nobis, probatur, quod putat verbum diuinum non esse per se primo verbum creaturarum, non quod negemus vt negat ille, esse verbum creaturarum, etiam futurarum secundum proprias earum rationes, & similitudinem earum; id enim negari non potest. Nam Deus verbo suo non solum dicit seipsum, &

creaturas, vt sunt idem cum ipso, & vitā eius; sed etiam eas dicit secundum proprias earum rationes, sicut non solum intelligit se, & creaturas, quatenus sunt idem cum seipso, sed etiam secundum proprias earum rationes. Quocirca negare non possumus, verbum diuinum ita esse verbum creaturarum, vt sit earum etiam similitudo, sed hoc genus similitudinis non est in eadem natura, nec est imago, sed est similitudo sola representatione, hæc autem satis est ad rationem verbi, siquidem verbum mentis nostræ, quod de aliqua substantia, aut re corporea habemus, est similitudo illius, non in eadem natura, vt patet, sed representatione, quare vero non sit imago creaturarum, capite quinto dicemus.

At vero Anselmus, quia putauit, incommodum esse, si verbum diuinū, vt esset tale verbum, indigeret aliqua creatura secundum propriam rationem creaturæ, ideo dixit, nō esse verbum creaturarum secundum proprias rationes, sed eo modo, quem explicauimus. Effer autem sine dubio magnum incommodum, si diceremus, æque primo esse substantialiter verbum creaturarū secundum proprias rationes, etiam possibiles, & verbum Patris, & ad sui substantialem productionem, & characteristicam proprietatem creaturis illo modo indigere. Verum, vt hoc absurdum euitemus, satis est, si dicamus, ad productionem verbi per se primo, & formaliter requiri cognitionem earum, quæ in Deo formaliter sunt, eo modo, quo superiori disputauimus.

Accedit S. Th. qui q. 4. de veritate, art. 5. in fine 4. docet verbum principaliter & quasi per se referri ad Patrem, sed ex consequenti, & quasi per accidens ad creaturas, & in solutione 2. ait, verbum non esse creaturæ, quasi sit creaturæ; bene tamen esse de creatura, aut creaturæ, quia est illius representationem, tanquam obiecti. Quod si verbum producat retur formaliter per intellectum, quatenus est creaturarum, procederet ab eis secundum esse intelligibile: ab eis etiam esse diceretur, vt infra explicabitur. Atqui interpretari S. Thom. de creaturis solum, quæ aliquando futurae sunt, non de possibilibus, frivolum est: cum enim loquatur de illis absolute, & solum essentiam diuinam eis apponat; videtur omnibus loqui. Ceterum non video cuiusnam alterius aut Patris aut Scholastici scriptoris autoritate hæc nostra sententia confirmari possit, pauci enim de ea disputarunt, excipio Scholam Scoti, quæ in hac opinione suum tuetur autorem: quare iam sequenti capite ratione confirmanda est.

CAPVT IV.

Ratione à priori confirmatur prædicta sententia.

VT autem ratione hanc sententiam comprobemus, in memoriam reuocanda sunt, quæ cap. 1. & 4. præcedentis disputauimus, illud præsertim, quod vltimo loco dicebamus, nempe hoc non esse controuersiam, an eadem cognitione, qua verbum diuinum producat cognoscatur creaturæ; certum enim est, eadem, non alia cognitione creaturas, etiam futuras: sed vtrum per illamque tenus est creaturarum, formaliter procedat verbum; ita vt creaturæ secundum esse intelligibile non solum comitentur necessario productionem verbi.

verbis, sed cum illa per se in quarto modo comparatur sicut principium secundum esse intelligibile, quod habeant in memoria, & intellectu Patris in actu primo; sicque necesse sit, in quodam priori rationis conceptu à nobis creaturas possibiles intellectu Patris secundum esse intelligibile, antequam sit verbum productum: an potius possumus intelligere integrum, & perfectum in se verbum à Patre productum, nondum intellectis creaturis possibilibus, quasi accidentarie cum natura, & proprietate characteristica verbi comparatur.

Nuncigitur ostendo, creaturas possibiles non præcedere nostro modo intelligendi secundum esse intelligibile, ut quid per se necessarium, productionem verbi: nam si hoc modo necessario præcederent: eo esset, quod essentia diuina secundum suam rationem haberet realem ordinem, & connectionem cum illis, essetque in ea intrinseca quædam perfectio, repræsentare creaturas, repræsentare, inquam, secundum formalem rationem relationis, quam nomine repræsentationis significamus. Sed hæc nulla est in Deo perfectio, præter illam, quam in se habet Deus, quatenus ad se est absolute, ergo repræsentatio illa creaturarum non potest ad productionem verbi per se pertinere, sed sola essentia diuina, quatenus ad se absolute est. Porro autem repræsentationem illam non esse aliquam peculiarem perfectionem præter essentiam absolute consideratam sine repræsentatione, patet, quia nulla est in Deo relatio realis, hoc est intrinseca, & ex natura rei ad creaturas, quomodocumque eam velis appellare, ut disput. 104. c. 9, probatum est: quare essentia diuina ad se absolute sine repræsentatione creaturarum infinita, & perfecta intelligitur.

Sed rogabis, qui fieri potest, ut creatura in Deo repræsentari dicatur, absque eo quod essentia peculiarem ad hoc habeat perfectionem, & relationem? Respondeo id fieri non aliter, quam dicimus, futura de facto repræsentari, quæ nulla mutatione in Deo facta, prout in seipso est, non repræsentarentur, si futura non essent: & sciri dicuntur scientia visionis, ut futura, quæ alias tantum ut possibilia scientia visionis simplicis intelligentie cognoscerentur. Hoc autem fit, quia essentia diuina in se, & ad se absolute considerata talis perfectionis est, ut etiam si nihil esset futurum, vel possibile extra illam, eadem esset omnino: posito autem aut possibili, aut futuro, sine vlla mutatione aut perfectione relatiua, quæ adueniat, per solam relationem rationis comparatur ut repræsentans, & intelligens. Et certe qui fatentur, sola relatione rationis essentiam referri ad creaturas, hoc modo philosophari debent: atqui relationem illam solum esse rationis, sententia est omnium Scholasticorum, quos ibi retulimus, nec vllus ausus fuit ad huc oppositum opinari: id quod optima ratione eo loco probauimus. Nec enim summum ens, & summe necessarium, scilicet Deus, connexionem potest habere cum alijs extrinsecis, aut aliquo indigere, ut sit: siquidem eo ablato per impossibile, sequitur per locum intrinsecum, nihil extra ipsum esse possibile, contra vero quocumque alio supposito impossibili, per locum intrinsecum non sequeretur, ipsum non esse possibile, ut patet: est igitur Deus in se absolutus ab omni alio. Quo fit, ut essentiam diuinam dica-

mus esse primum obiectum, per se quidem necessarium ad productionem verbi; creaturas vero secundarium, & minime requisitum per se, sed necessario comitans ipsam productionem, licet non æquali necessitate, cum ea, qua verbum substantialiter producitur, & sicut essentia est primum obiectum requisitum ad productionem verbi, sic etiam attributa, quæ ipsam essentiam ita perficiunt, ut per se etiam & æquali necessitate productionem verbi respiciant. At dicunt aliqui, æquali necessitate verbum diuinum, atque creaturas possibiles esse; nam possibilem esse rem, nihil aliud est, quam non implicare contradictionem, quod in negatione consistit: vna autem negatio contradictionis non est maior, quam alia. Hæc tamen obiectio primum facile confutari potest ex ijs, quæ diximus supra disput. 104. capit. 6, quia in ipsis rerum essentijs est magis, & minus ex doctrina Aristotelis, & inter veritates est vna maior, quam alia: maior autem est posse produci verbum, quam creaturas possibiles esse: sicut maius falsum est, non posse produci verbum, quam creaturas non esse possibiles. Deinde rem non implicare contradictionem, & si negatione explicetur, negatio tamen non est, quia est obiectum diuinæ omnipotentia, quæ obiectum posituum respicit, ut diximus supra disput. 104. capit. 5. Postremo inter negationes potest eo esse vna maior, alia, quo maius est posituum contrarium, quo prius, ut 1. 2. q. 72. ar. 2. dicimus: & ita maior esset negatio implicationis contradictionis in eo, quod diuinum verbum possit produci, quam in eo, quod creaturae sint possibiles: sicut maior est falsitas, & contradictio in opposito nempe in eo, quod est verbum non produci.

Quod si aliquis nimium urgeat, & contendat probare, attributa esse secundarium obiectum, & essentiam primum, saltem nostro modo intelligendi: & hoc satis esse ut verbum non procedat ex illis, tanquam ex obiectis per se requisitis, sicut neque ex creaturis: respondemus esse diuersam omnino rationem. Nam creaturae ita comparantur productioni verbi tanquam obiectum secundarium, ut sint minus necessaria, nec vlllo modo requisita, ut Deus sit Deus, & in se summe perfectus, ut probatum est: & ita omnino accidentarie se habent ad productionem eius, quod essentialiter Deus est: at attributa, licet ratione nostra distinguantur ab essentia, vel etiam si ex natura rei distinguantur, ita necessario conueniunt Deo sicut essentia, & ita per se pertinent ad productionem verbi in seipso realiter perfecti.

CAPVT V.

Idem ostenditur ratione à posteriori.

Eandem opinionem deducendo ad absurdum monstrare, simulque eam magis explicare possumus. Prior ratio sit, si verbum secundum substantiam suam, & characteristicam proprietatem intrinsecam procederet formaliter cognitione creaturarum possibilem, & illæ essent obiecta per se requisita ad hanc verbi productionem: efficeretur, verbum esse non solum similitudinem, sed etiam imaginem creaturarum secundum esse possibile, quod nemo concedit; namque imago est similitudo procedens ab eo, quem repræsen-

179

Aliter sunt necessaria attributa ad verbi productionem quam creaturae.

18. Prior ratio.

representat, saltem modo intelligibili: ad hoc autem satis est, si ab aliquo procedat ut ab obiecto existente in actu primo in intellectu, ut superiori disputatione ca. 4. dicebamus, ubi idem inferebamus de Spiritu sancto, nimirum verbum fore imaginem illius, si per illius cognitionem formaliter procederet: quam rationem ibi fufius prosequuti sumus, & eodem modo in presenti vim habet. Respondent nonnulli, in Deo verbum non esse imaginem creaturarum, quia non procedit ab eis, etiam ut obiectis primariis existentibus in mente patris in actu primo; sed tanquam ab obiectis secundariis. Sed ego rogo, quid obstat, quominus secundarie sit etiam imago illarum, sicut earundem dicitur verbum secundarie, & primarie essentiae diuinæ: Asserere enim, rationem imaginis quomodocumque, etiam secundarie, non conuenire nisi respectu obiecti primarij; sicut gratis asseritur, sic etiam absque alia ratione rejicitur. Siquidem imago communiter sic definitur, Similitudo ab aliquo procedens (intellige, etiam ab obiecto) ad representandum: Anselmus quidem ut capite. 3. notauimus, refugit concedere, verbum diuinum esse similitudinem creaturarum, nedum imaginem: nos vero dicimus similitudinem quidem esse, quia ipsas representat; sed non imaginem, quia ab illis ut obiectis per se non procedit, sed omnino accidunt substantiæ, & characteri illius, & sola relatione rationis ad ipsas comparatur, talique in se naturæ & proprietatis est, ut sine illis eodem modo in se maneret. Nam nec ratio ideæ, nec quidquam relatiuum ad creaturas, plusquam relationem rationis in Deo denotat, eiusque absolutam essentiam in se minime ab alio extrinseco pendet. Quocirca possemus concedere, creaturas quidem secundum esse possibile esse in memoria patris, quod Scotus planè inficiatur; eas tamen esse secundarie, sicut in verbo productis, & minime per se pertinere ad illius substantiam, & caracteristicam productionem.

19.
Responsio
quondam.

Non admittitur.

Anselm.

Posterior
ratio.

20.

Caietan. responsio.

Posterior ratio. Et si per impossibile una, aut altera creatura, vel etiam omnes essent impossibiles; non sequeretur per locum intrinsecum, aut verbum diuinum non producendum, aut alterius proprietatis & naturæ futurum: ergo nullo modo per se pertinent creaturæ ad productionem verbi: nam si necessario pertinerent; sequeretur per locum intrinsecum, non futurum verbum eodem modo: ablatum enim eo, quod per se peccat ad productionem alicuius, ut tale sit, aut eius productio de medio tollitur, aut alterius omnino rationis res illa producit. Hoc argumentum coegit, aduersarios in varias diuidi opiniones. Caietanus in commentario huius articuli admonet nos esse cautos propter diuersas propositiones conditionales, quæ in hac materia veræ sunt. Est enim vera hæc. Etiam si creaturæ possibiles non essent: nihilominus esset processio verbi eodem modo in se: ex qua sequi videtur, priorem esse verbi productionem, quam creaturæ sint possibiles. Et contra est vera hæc propositio, Etiam si processio verbi non esset, nihilominus creaturæ essent possibiles. Ex qua videtur inferri, priorem esse possibilitatem creaturarum, quam ipsam verbi productionem: admonet igitur Caiet. cautos nos esse oportere, quod de facto est, negemus. Nam quamuis hæc conditionales veræ sint; dicendū tamē est, verbum nunc procedere per cognitionem creaturarum.

Possemus etiam in gratiam Caiet. addere, tamen non esse, si ex vno impossibili sequatur aliud; nam ex impossibili sequitur quodlibet.

Verum Caietan. admonitio, parum nos mouet. Nam si utraque illa conditionalis vera est, placeat indicat, omnino esse accidentariū, tum ad verbum producendū, creaturas esse possibiles: tum etiam ad producendas creaturas, verbum produci. Sicut enim ex eo, quod, manente Deo secundum veritatem, creaturæ possent produci, sequitur Trinitatem accidentariē se habere ad earum productionem, & creaturas posse solum produci a Deo, quatenus vnus, non quatenus trinus est: sic etiam ex eo, quod produceretur verbi, etiam si non essent possibiles creaturæ recte inferitur, possibiles creaturas non spectare per se ad productionem verbi. Nam si per se pertinerent creaturæ ad productionem verbi & Trinitatem ad productionem creaturarū optime colligeretur, ablati possibilibus creaturis, auferri verbum, & ablata Trinitate de medio etiam tolli creationem: ablatum enim eo, quod est per se, auferitur id, quod ex eo per se nascitur.

Porro non solum debemus attendere ad id, quod de facto accidit, ut vult Caietan. sed etiam ea quæ in productione, aut distinctione alicuius rei actu conueniunt, discernamus, quæ sint per se pertinentia, quæ vero accidentariæ & comitantes, seu consequentes: ad hoc autem vigilissimum est, ex suppositionibus impossibilibus argumentari, ut disputat. 147. faciemus in distinctione Spiritus sancti a Filio; inde enim facile apparet, quæ sit ratio formalis alicuius, quid etiā per se ad rem pertineat, quid vero comitanter se habeat. Neque vero ex suppositione impossibili, per locum intrinsecum sequitur quodlibet, ut ibidem c. 1. notauimus, sed optime inferitur, id quod est formale, ut per se in aliqua re aut distinguenda, aut producenda, ergo utraque illa conditionalis recte inducitur, neque creaturas possibiles per se spectare ad productionem verbi, nec ad Trinitatem productionem creaturarum, etiam si simul producerentur a tribus, & in ipsa productione verbi simul creaturæ intelligantur a patre, & ipso verbo patris dicantur. Alij conuicti eodem argumento lateant, hypothesi illa facta, quod impossibiles essent creaturæ, verbum diuinum non processurum in eadem natura, & proprietate, & hi sane confitentur suæ opinioni loquuntur: at hoc est manifeste absurdum. Primum quia non ex eo, quod lapsus esset impossibilis, Deus non esset Deus, aut Deo aliqua intrinseca deesset perfectio. Camenim sit primum ens, ita in se perfectus absolutus est, ut nulla re possibili indigeat: imò vero quæ primum intelligitur Deus, creaturæ intelliguntur possibiles, hoc est, non implicare contradictionem, ut disputat. 104. notauimus; non tamen cōtra, cum igitur Deus, eo ipso, quod Deus est in se summe perfectus, suapte natura generet, licet non indigeat creaturis possibilibus, tanquam obiectis per se necessariis, ad verbi productionem. Tum etiam licet aliqua creatura implicaret contradictionem ex ijs, quæ supponimus esse possibiles, Deus verè esset omnipotens, infinite sapiens, nec enim dicitur simul cum alio possit hanc, & hanc creaturam simul cum alio sed quia in se ita perfectus est, ut quicquid non implicet contradictionem, ab eo fieri possit: nec eius omnipotentia minuitur, quia facere necesse

ad id, quod impossibile est. De scientia vero, & sapientia eodem modo dicendum est: ergo hinc scitem habemus, nullam esse creaturam speciatim cuius cognitione formaliter verbum procedat, & quæ per se ad verbi productionem sit necessaria.

Ad dicunt aliqui, ex ea suppositione, quod aliqua creatura esset impossibilis, ut quod lapis esset impossibilis, vtrunque sequi, nempe & Deum fore omnipotentem, & non fore, quia illa suppositio ex terminis implicat contradictionem: ac proinde ex ipsa sequitur vtraque pars contradictionis in presenti difficultate; nempe Deum fore omnipotentem, & non fore omnipotentem: filium producendum, & non producendum. Verum friuola est hæc argumentatio; nam in omni suppositione impossibili est contradictio in terminis ipsis, sicut est in ea, *Spiritus sanctus non procedit à filio*: nihilominus, ut ostendimus infra disputat. 147. capit. 1. ex suppositione impossibili, retenta ipsa suppositione, non sequitur qualibet pars contradictionis per locum intrinsecum: sed inde valit argumentari possumus. Ad hæc quis audeat dicere, ideo Deum esse Deum, & summe perfectum; quia homo, aut simia talis natura, & si gatur fieri possibiles sunt? aut verbum intra ipsum procedere in tali natura, & caracteristica proprietate, quia simia talis figura possibilis est? Quam enim connexionem cum simia, tanquam cum principio secundum esse intelligibile verbum habebit? Quod si hoc ridiculum, imo absurdum est; dicamus, personarum productiones intra Deum omnino absolutas esse à creaturis possibilibus, nec creaturas ordine originis esse illo modo priores. Consulto dixi, ordine originis: nam alio genere prioritatis intelligi possunt priores, eo scilicet, quo essentialia & quæ essentialia, consequuntur, intelliguntur priora personalibus quæ prioritas est veluti vniuersalis, qua dicitur prius id, a quo non valet subsistendi consequentia, iuxta mentem Aristotelis in prædic. c. de modis prioris; ut animal est prius homine: hoc vero genus prioritatis parum refert, ut dicamus creaturas per se requiri ad verbi productionem, ad hoc enim debent esse priores non tantum hoc genere prioritatis, sed etiam origine. Tum etiam hoc genere prioritatis prior est scientia visionis creaturarum futurarum, cum tamen ille secundum omnium sententiam nullo modo ad productionem per se pertineant. Quod si Deus, & verbum ipsius re ipsa absolutum est ab omni alio, nec relatione reali cum aliqua creatura connexum est, recte sequitur, ablato quocumque alio per impossibile, processionem verbi eodem modo futuram: quia absolutum eodem modo manet ablato quocumque alio, sicut antea. Porro autem nullum Scholasticorum posuisse in verbo diuino relationem, plusquam rationis ad creaturas, certum est, & sequitur ex ijs, quæ diximus disput. 104. capitul. 6.

His omnibus adde ob eandem omnino rationem Spiritum sanctum non procedere per amorem creaturarum sub esse possibili, etiam si dicamus, eas hoc modo esse obiectum diuini amoris. Hoc dixerim; quoniam scio inter Scholasticos Doctores controuersiam esse, vtrum amor feratur ad creaturas possibiles, an solum ad futuras, ut vidimus in disputatione 79. Quicunque vero as-

serunt, solum terminari ad futuras dubio procul docebunt, Spiritum sanctum non procedere per earum amorem formaliter: auctores autem huius sententiae capite primo retulimus: inter aliterentes vero amorem Dei etiam ferri ad creaturas possibiles, quos commemorauimus capite 2. controuersia esse potest eodem modo, quo de verbo; & eodem modo, atque eisdem omnino rationibus definienda est. Nos igitur, qui asserimus Deum in se ipso absolute perfectum esse absque villo ordine ad creaturas, consequenter docemus, non solum verbi productionem; sed etiam Spiritum sancti esse perfectam, antequam creaturæ possibiles, aut intelligantur, aut amentur.

CAPVT VI.

Respondetur argumentis prioris sententiae.

Argumenta vero prioris sententiae diluere necesse est. Ad primum testimonium S. Thomae respondeo, verbum quidem diuinum exprimeri in se creaturas, etiam secundum proprias earum rationes, & earum esse verbum; tamen Anselmus oppositum sentiat, ut cap. 3. dictum est: inde tamen non licet colligere, creaturas per se pertinere ad verbi productionem, secundum rationem propriam intrinsecam illius. Quod enim sit verbum creaturarum, habet ex solo respectu rationis ad illas, & consequenter: at sine tali ordine substantialiter in se perfectum est absque villo respectu ad creaturas. Et sanè cum S. Thom. ibi loquatur non solum de creaturis possibilibus, sed etiam de futuris, quia verbum diuinum omnes creaturas exprimit iuxta opinionem ipsius S. Th. & ideo pater verbo suo non solum dicat possibiles, sed etiam futuras: sequitur, ipsum non loqui de possibilibus tanquam per se pertinentibus ex parte principij: siquidem futura non per se pertinent, & nihilominus verbo diuino exprimuntur, & dicuntur.

Ad secundum testimonium Sancti Thomae respondeo, verum esse, patrem intelligendo se, & filium suum, & Spiritum sanctum, & omnia alia, quæ in scientia illius sunt producere verbum; non quia hæc omnia per se pertineant ad substantialem verbi productionem; sed quia simul cognoscuntur eadem scientia, qua verbum producit, licet comitanter, vel consequenter creaturæ se habeant ad verbi productionem: hunc autem esse S. Thom. sensum colligitur ex eo, quod de omni creatura loquitur, & de omnibus quæ scientia Dei continentur: sub hanc autem non solum cadit creatura possibilis; sed etiam futura, ut futura, aliud enim cognoscit Deus, cum scit futurum, quam cum cognoscit possibile, sunt enim diuersa obiecta, ut veritates intelligibiles, ergo cum creaturæ futuræ non spectent per se ad productionem verbi; sequitur, Sanctum Thomam ibi non fuisse loquutum de ijs solum, quæ per se concurrunt ad illius productionem, sed de omnibus etiam, quæ ipsam comitantur.

Ad tertium testimonium, quod erat Augustini, responderi posset primum, particulam de eo loco non significare originem, sed ordinem ad obiectum; neque enim Augustinus dixit verbum esse natum de ijs omnibus, quæ sunt in patre, sed esse de ijs omnibus, dici autem potest verbum

Primum S. Thomae testimonium explicatur.

Explicatur secundum eundem.

Tertium testimonium Aug. exp. nit ut prima

S. Thom.

bum esse de aliquare, à quanon procedit, quia est illius, tanquam obiecti. Hoc pacto docet Sanctus Thomas quæst. illa quarta, de veritate, artic. 5. ad 2. verbum diuinum dici posse verbum creaturarum, & de creaturis, sed non à creaturis: quia particula, &, originem denotat: particula vero, de, potest solum ordinem ad obiectum significare. Verum quia August. sapius eo capite vitur præpositione, de, vt denotet originem; non est cur

28.

eam in hac significatione in toto capite admittere refugiamus. Si tamen probauerimus. eum ibi loqui non solum de scientia creaturarum possibilem, sed etiam futurarum: testimonium citatum nihil momenti contra nostram sententiam habebit: nullus enim audebit dicere, creaturas futuras per se pertinere ad substantialem verbi productionem, sed comitanter solum se habere. Atqui Augustinus loqui de scientia etiam futurorum, perspicuum est ex toto discursu capitis præcedentis, in quo probat patrem habere omnium scientiam, etiam futurorum, & nullius notitiam per angelos suos spiritus accipere: id quod probat ex illo Matth. 6. *Nouit enim pater vester, quid vobis necessarium sit, prius quam petatis ab eo.* Addit vero August. *Nec ista ex aliquo tempore cognouit, vt nosset, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid, & quando ab illo petitiuri fueramus, & quos, & de quibus rebus, vel aut iturus vel non exauditus esset, sine initio ante præsciuit.* Deinde hanc scientiam Dei à nostra plurimum distare his verbis ostendit: *Quæ autem scientia Dei est, ipsa & sapientia & quæ sapientia, ipsa essentia sue substantia: quia in illius natura simplicitate mirabile non est aliud sapere, quam esse: nostra vero scientia in rebus plurimis amissibilis est, & receptibilis: quia hoc non est nobis esse, quod scire, vel sapere, quoniam esse possumus, etiam si nesciamus.* Hinc colligit eodem modo verbum, quod nascitur ex nostra scientia, dissimile esse ei, quod nascitur de patris essentia: dixit data opera, de patris essentia, non de scientia, quia iam ostenderat, idem esse essentiam, & scientiam: quare subiungit, *Tale autem est, ac si dicerem, de patris scientia, de patris sapientia, vel, quod est expressus, de patre scientia, de patre sapientia.*

Matth. 6.

29

Continuo incipit ab initio capitis 15. quod pro contraria sententia allegatum est probare verbum patris esse essentiam de essentia, sapientiam de sapientia, & scientiam de scientia per omnia similem, & æqualem, vt ita nihil sit in scientia patris, quod non sit in verbo, eo quod eius scientia est eius essentia, & hanc integram, & æquè perfectam verbum accepit. Verbum ergo (inquit Aug.) Dei patris vnigenitus, Dei filius per omnia patri similis & æqualis, Deus de Deo lumē de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia, est hoc omnino. quod pater, non tamen pater, quia est filius, ille pater, ac per hoc nouit omnia, quæ nouit pater, sed ei nosse de patre est, sicut esse. Et paulo post. Proinde tanquam se ipsum dicens pater genuit verbum sibi æquale per omnia, non enim seipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo, quam in ipso, & ideo verbum hoc vere veritas est, quoniam, quidquid in ea scientia, de qua genitum est, & in ipso est. Quibus verbis aperte docet Aug. in verbo debere esse scientiam omnium, etiam futurorum, quam supra dixerat, esse in patre, vt ita nihil minus in ipso, quam in patre sit. Nam si ipsi filio de esset, scientia futurorum, proculdubio non esset sapientia integra de sapientia, nec scientia integra de scientia, nec pater integre se dixisset. Cum

Aug. II.

30.

ergo postea dicit, *Nouit itaque omnia Deus pater in ipso nouit in filio, sed in se ipso, tanquam seipsum in ipso, tanquam verbum suum, quod est de his omnibus, quæ sunt in se ipso, quæ verba allegauimus propter inuententia, ita debet intelligi iuxta præcedentia, vt loquatur de scientia omnium rerum, tam futurarum, quam præteritarum, & præsentium, loquitur enim de scientia etiam futurorum, quam prius dixerat esse in patre, dicit itaque, verbum natum esse de omnibus, quæ sunt in patre, etiam de scientia futurorum, & possibilem, sed eo modo, quo sunt in patre, omnia enim quæ habet filius etiam scientia futurorum, habet à patre, & eodem modo in vtroque sunt, sed quia scientia Dei quæ est eius essentia, per se primo continet Deo Patri, quatenus est sui ipsius, quatenus vero refertur ad creaturas posibles: secundarie & consequenter, etiam si necessario, vt supra explicatum est, etiam est creaturarum futurarum, conuenit contingenter; ideo hoc eodem modo conuenit filio. Et licet creatura non spectent per se ad productionem filij substantialem secundum propriam illius naturam, & proprietatem personalem, pertinent tamen ad illius processionem per se, quatenus talis secundarie procedit, cum respectu videlicet ad creaturas posibles, & futuras, de quo non est vlla controuersia. Ergo sic debemus considerare verbum, vt prius sit in se substantialem productum, absolutum ab omni creatura etiam possibili, sicut dimus, esse Deum talis in se naturæ, vt si fuerint creaturæ posibles eas cognoscit, si fuerint futuræ, similiter, hoc tamē ei omnino accidens, & nullum ad eas ordinem habet reale. Quare ad verbi productionem hoc modo consideratæ, creaturæ quæcumque accidentales habent; ad illius tamen productionem, quatenus iam consideratur esse respectu ad creaturas, & scientia illarum actuali, tam possibilem, quam futurarum, per se pertinent creaturæ posibles, & futuræ: atque id solum contendit Augustinus, vt verbum omnia habeat à patre, quæcumque habet ille, & eodem modo: quod nolite sententia non aduersatur.*

Accedit quod Augustinus creaturas videtur vltupare sicut Anselmus, quem capite tertio retulimus, non secundum proprias rationes formales ipsarum, sed secundum quod in Deo sunt ipse Deus, & vita illius: & hoc modo per se pertinet ad verbi productionem, nec de ea re vlla est controuersia. Quæstio enim solum est de creaturis secundum proprias rationes formales, quibus à Deo distinguantur & secundum quas non sunt, vita ipsius Dei. Hoc autem sensu loqui Augustinus colligo ex his verbis, *Sed in ipso, tanquam seipsum in ipso tanquam verbum suum.* Ac si dicat, ea omnia quæ in se pater videt, cognoscit tanquam eadem cum se ipso, quæ sunt vita sua, quare recte hanc subiungit, *Quod est de ijs omnibus, quæ sunt in ipso, si in ipso Deo Patre sunt vita, & substantia patris, filius enim & filius est de vita, & substantia patris, filius enim de ijs omnibus per se quidem, aliter tamen quam de creaturis secundum rationes suas formales consideratis.*

Rationes vero non minus facile ex dictis dissolui possunt. Ad primum dico, filium procedere ex noticia perfecta, & comprehensione perfectâ, hanc autem non esse ideo comprehensionem, quia simul Deus cognoscit creaturas: quæ

Non ratione solius essentiae, nec solius proprietatis personae, sed ratione viriisque simul, verbum habet respectum ad creaturas. cap. 2.

CAPVT I.

Nomen verbi in Deo primarie significat relationem producti, connotat autem secundarie essentiam.

*S*anctus Thomas quasi 4. de veritate, art. 5. & in primo distincti 27. quasi 2. art. 2. quem sequitur Ferrariensis 4. contra gentes, cap. 13. versio. Ad secundum dubium, affirmat nomen verbi directe, & primarie in Deo significare essentiam, & sicut in nobis qualitatem absolutam; relationem vero producti, seu dicti secundarie connotare. Probat autem, quia verbum in humanis primarie significat qualitatem, id quod, ut manifestum supponit Ferrariensis, connotat autem relationem producti, ergo in Deo primarie significabit essentiam loco qualitatis absolute, secundarie vero relationem producti.

Opinio S. Thomae & Ferrar.

Confirmatur.

Verum multo probabilior est Caietani opinio in hoc articulo, qui asserit, verbum primarie significare relationem dicti, & producti, connotare autem essentiam: existimantque eam esse sententiam Doctoris sancti in artic. 1. & 2. huius questionis, & in hoc artic. 3. ad 4. ibique retractasse sententiam, quam prius fuerat secutus, ait enim in ea solutione, in hac verba. *Nomen verbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas.* Et in artic. 1. sic ait: *Verbum, secundum, quod proprie dicitur in diuinis, significat aliquid ab aliquo procedens, quod pertinet ad rationem nominum personarum in diuinis, eo, quod persona distinguuntur secundum origines.* Et in artic. 2. *Verbum est proprium nomen personae filij, significat enim quandam emanationem intellectus.* Quibus locis non obscure indicat, primarium significatum huius nominis esse relationem procedentis intellectum. Nam, quod ait Ferrariensis, S. Thomam non putasse, verbum significare formaliter ipsam relationem, sed illud, quod procedit, & cui conuenit relatio, abque illo fundamento videtur dictum. Cum vero ait, significare emanationem, loquitur sane de illa non formaliter sub ratione emanationis, & viae, sed sub ratione relationis in facto esse, hoc enim eodem sensu dixit, personas distinguere per origines, cum in sententia eius distinguatur per relationes in facto esse.

Probabilior Caietani sententia.

25

Ceterum hac ratione probatur haec sententia. Non minus nomine verbi exprimitur relatio dicti, quam nomine filij relatio geniti: nomen autem, *Filius*, significat relationem producti per generationem, ergo nomen, *Verbum*, significat relationem producti per dictionem.

Probat sententia Caiet.

Addit deinde Caietanus, nomine verbi, & alijs nominibus personalibus primarie significari relationem, secundarie vero connotari essentiam sicut etiam hoc nomine, *Persona*, quod quidem de alijs nominibus Ferrariensis non concedit, licet id fateatur de nomine, *Persona*, fallitur tamen, omnium enim eadem ratio est, nisi quod nomine, *Persona*, relatio primarie, & directe significatur, materialiter tamen non formaliter, ut supra disputat. 137. cap. 2. dictum est. Alijs vero nominibus relatiuis incomplexis significatur relatio directe, & expresse, ut nominibus, *Filius*, *Verbum*, *Pater*,

3.

R

Pater,

potius ex eo, quod est comprehensua essentiae, hoc habet, ut omnes creaturas possibiles cognoscere possit, non eodem gradu necessitas & prioritatis cum ipsa essentia, sed consequenter, & secundarie, sicut cum ipsa essentia comparatur. Nam sicut ad rationem comprehensionis pertinet, ut Deus cognoscere possit secretum voluntatis suae, & quae in tempore facere decreuit, horum tamen cognitio actualis non requiritur, ut actu procedat verbum, quia hac multo posterius se habent quam verbi productio; ita etiam non requiritur actualis cognitio creaturarum possibilibus, quia haec quoque accidentarie sunt ad verbi productionem, & ordine originis non sunt per se requiritae, tamen si possibiles quidem necessario, sed non aequali gradu necessitatis illam continentur; nam futurae omnino contingenter cum illo comparantur. Cum vero obijciatur, omnipotentiam non posse intelligi sine creaturis possibilibus, quia ad illas refertur: Respondeo omnipotentiam, ut à nobis concipitur, & nominatur, non posse intelligi sine creaturis, quia relatiue concipitur, at vero quia, ut est in Deo, & absoluta, ut disputat. 104. cap. 6. probatum est; Recte intelligitur quid dictatum, & comprehensua notitia sine tali ordine, & abique eo, quod actu cum ea intelligatur creatura: sic enim nihil aliud est, quam ipse Deus in se absolute perfectus, quae res cum omnibus Theologis confessa sit, ut ibid. notauimus, mirari non debet quisquam, si dicamus, Dei omnipotentiam in se absolute à Deo cognosci, abque illo respectu ad creaturas. Potius, ut ibid. monstrauimus eorum opinio reprehensione digna est, qui, ut defendant, creaturas esse per se aequè necessitatas ad verbi productionem cum essentia, comminiscuntur in Deo relationes ex natura rei ad creaturas.

Ad secundam rationem paulo antea dictam est, creaturas si considerentur quatenus in Deo sunt, ipse Deus, & vita illius, esse per necessitatem ad verbi productionem, & de his nullam esse questionem, at si consideretur secundum suas proprias rationes formales, nec esse idem cum Deo, nec ad verbi productionem per se requiritas.

Ad tertiam etiam quod dicendum sit, patet ex cap. 4. nam representare creaturas, non est in Deo aliqua perfectio relatiua ad creaturas, quae e medio tollatur ablatis creaturis, sed est ipsamet essentia Dei, quatenus in se absoluta: quae eodem modo in Deo permaneret, si nullae essent possibiles creaturae; sed non diceretur à nobis representatio creaturarum, quia haec intelligitur cum relatione rationis ad creaturas, quibus sublati omnino perit, sicut diximus de praesentia futurorum disputat. 68. cap. 6. quare non sequitur, necessariam connexionem vtriusque aequalem esse inter essentiam diuinam, & creaturas possibiles ad producendum verbum; quae alias esset, si essentia quatenus representans creaturas, relatione ex natura rei ad eas referretur.

DISPUTATIO CXLIV.

Quo pacto nomen verbi denotet respectum.

Nomen verbi in Deo primarie significat relationem producti, connotat autem secundarie essentiam, cap. 1. Pazquez in 1. partem Tom. 11.